

Torniell. in *Annal. sacris*, ab anno 3517. ad 3723. Nec pauca memoratu digna per litteras digesta de singulis Regibus enarrantur apud Theat. vitæ humanæ.

## Ad Num. 7.

104 Ex quatuor Machabæorum libris, quos memorat, eorum argumenta referens Sixt. Senens. in *Bibliotheca Sancta*, lib. 1. *vers. Machabæor. lib. 1. & 2. vers. Machabæorum lib. 3. & vers. Machabæor. lib. 4.* primus & secundus in Divinorum voluminum catalogo recensentur, alii duo apocryphi existimantur, ut præter Senensem ubi proximè, observant Serar. in *lib. Machabæor. prolog. 3.* Cornel. à Lap. *ibi, in argument. vers. 1. & vers. Extat insuper, Card. Bellarm. lib. 1. de verb. Dei, c. 15.* Gasp. Sanch. in *lib. Machab. prolegom. 11. num. 47.* Torniell. *Annal. sacri. anno 3868. num. 3.* Non tamen sunt ex protocanonicis primus & secundus liber Machabæorum, sed deuterocanonicis censentur, Senensis *d. lib. 1. in princip. vers. Canonici secundi ordinis*, & alii cum ipso laudati supra, *num. 37.* quoniam nec in Canone Hebræorum mentio illorum fit, nec statim ab Ecclesia recepti sunt. Sed Senensis *dict. vers. Machabæor. lib. 1. & 2.* tradit ex D. Aug. eos ab Ecclesia approbatos ab hinc mille & ducentis annis

105 De Authore utriusque canonici libri non omnino constat, sed apud omnes est in comperto, ab uno primùm, & ab altero secundum esse scriptum. Author primi creditur Joannes Hyrcanus, filius Simonis fratris Judæ Machabæi: fuit quidem Propheta, ac patri in Principatum, & Pontificiam dignitatem successit, qui interfuit Machabæorum expeditionibus, ac cladibus, quæ Hebræi per 42. annos vexati sunt ab anno mundi 3788. ante Christum 174. usque ad 3830. quæ sunt hujus primi codicis argumentum Senens. *d. vers. Machabæor. lib. 1. & 2.* Cornel. à Lap. *vers. Quis fuerit author*, Sanch. *prolegom. 9. n. 40.* Bellarm. *de Scriptor. Eccles. Testam. veter. vers. de auctore librorum Machabæor.* Torniell. *sup. ac de Machabæis fusè Salian. Annal. tom. 6. anno mundi 3885. n. 18. cum aliis.*

106 Secundi libri author censetur Jason Cyrenensis, seu Cyrenæus, qui Pentateuchum edidit, quo latè enarravit gesta per Judam Machabæum sub utroque Antiocho ad annum 1. Demetrii Regis, eademque Nicanoris: quod opus Synagogæ jussu aliquis ex primariis Sacerdotibus in epitomen redegit, prout nunc extat. Cornel. à Lapide & Senens. *ubi proximè*, Sanch. *num. 41.* Torniell. *ann. 3892. n. 11.* Uterque liber primò Hebræicè exaratus est, Sanch. *prolegom. 10. n. 45.* Senens. *ubi nuper*, Cornel. à Lapide. *sup. vers. Primus liber.*

107 Hæc quæ de Machabæis historici sacri memorie tradunt, evenerunt sub Ptolemæo Philopatre Egypti Rege, ac Antiocho Epiphane septimo Syria Rege, Antiochi magni filio: hic cœpit in Hebræos inslavire septimo sui principatus anno, ad annos 143. Imperii Græcorum, cujus initium sumitur ab anno 12. vel 13. post obitum Alexandri. Vide de his Salian. *ubi sup.* Cornel. à Lap. *vers. Quæres tertio*, Sanch. *proleg. 9. à n. 26. & prolegom. 12. n. 49.* Senens. *ubi sup.* Torniell. *anno 3868.*

108 Pluribus prætermisissis, quæ de Machabæorum genere, ac statu tradidere Cornel. à Lap. ac Sanch.

in præludivis ad hos libros, illud duntaxat liber adnotare, quod ad nominis originem spectat: & quanvis variè loquantur Interpretes circa verbi Machabæus, etymologiam, recepta tamen est apud Hebræos opinio, & à Christianis communiter admittitur, quod Judas Machabæus in vexillis verba illa Exodi capite 15. *vers. 7. Quis sicut tu in fortibus Domini*, descripta gestabat, quorum verborum juxta Hebræum idioma initiales litteræ sunt M. C. B. I. ex quibus vox Machabæi est composita, inditumque nomen id Judæ & fratribus ejus, qui exercitui sub illis vexillis beligererant præfæcti sunt. Senensis *ubi proximè*, Cornel. à Lapide. *vers. Quæres qui, cum seq. Sanch. prolegom. 1. ex princip. Genebrard. in chron. Machabæi alias dicti sunt Allamonæi, hoc est, Optimates, Principes, Præfæcti. Sanc. prolegom. 2. num. 10.*

## Ad Num. 8.

In nova editione Parisiensis 3. tomo Conciliorum collocatur hic catalogus librorum sub Concilio Romano, sicut præmissum est supra, *num. 1. & 2.*

110 Multa de Prophetis, tam majoribus, quam minoribus, exhibent Cornel. à Lapide, in *comment. ad eos, præsertim sup. Isaiam, in proem. ad Prophet. Gasp. Sanch. similiter*, Senens. in *Bibliotheca Sancta*, lib. 1. à *vers. Isaias*, Card. Bellarm. *ubi sup.* sub nominibus singulorum Prophetarum, apud quos Interpretes plurimi recensentur.

111 Oportet animadvertere, diversimodè apud Gelasium, sive apud Concilium Romanum, & apud Tridentinum Prophetas minores quoad ordinem recenseri, ut ex serie patet. Dubium verò est, an conveniat ordo à Tridentino observatus antiquitati cujusque Prophetæ, inspecto tempore, quo incepit suo munere fungi, de quo Cornel. à Lapide. *sup. Prophet. minor. in proem. vers. Dico secundo*, ubi eorum catalogum ita constituit. Primus Osea, secundus Jonas, tertius Amos, quartus Abdias, quintus Michæas, sextus Nahum, septimus Joël, octavus Habacuc, nonus Sophonias, decimus Aggæus, undecimus Zacharias, duodecimus Malachias. Et quidem Oseam primum ante omnes etiam majores Prophetas prophetasse, constat ex ejusdem capite 1. *ibi: Principium loquendi Domino in Osea.* Vide harmoniam chronologiæ Prophetarum apud Cornel.

## Vers. Jeremia cum Cinoth.

112 Quoad majores Prophetas compertum est, Isaiam antiquitate præcellere, necnon diuturnitate prophetandi; incepit enim sub Ozia Rege Judæ anno mundi 3154. ante Christum penè 800. ac per 96. annos prophetavit sub quatuor Regibus usque ad Manassè filium Ezechiz. Cornel. à Lapide. *sup. Isaiam, in argument. vers. Porro quis, & vers. Quæres secundo*, Torniell. *Annal. sac. anno 3253. num. 2.* cujus scripta non omnia habemus. Idem anno 3277. *num. 1.* Post hunc prophetavit Jeremia 165. annis à tempore Isaiæ, cum esset 14. vel 15. annorum, anno mundi 3318. ante Christum 632. donoque prophetiæ 41. annos potitus est. Vide Cornel. à Lapide. *in Jerem. argum. vers. Quæres primò*, Gasp. Sanch. *ibidem*, Senens. *sup.*

## Ad Num. 9.

*sup. vers. Jeremias*, Torniell. *anno 3407. num. 1.* Tertius successit Ezechiel, qui inchoavit munus suum exercere 34. annos post Jeremiam, ætatis suæ 30. Torniell. *anno 3440. num. 2.* Cornel. à Lapide. *ubi prox. & sup. Ezechiel, in proem. Gasp. Sanch. ibi*, Senens. *vers. Ezechiel.* de quibus Prophetis agit Bellarm. *verb. Isaias, Jeremias, & Ezechiel.*

## Vers. Danielis liber unus.

113 Daniel ultimus ex majoribus Prophetis à juventute hoc domo præditus est, cœpit anno mundi 3339. ante Christum 610. Cornel. à Lapide. *sup. Ezechiel. in proem. vers. Cœpit ergo, & sup. Daniel. in proem. vers. Tertio Daniel.* Enarrat gesta ab anno 3. Regis Joakin usque ad annum 3. Cyri, & cum Jeremia, ac Ezechiele. concurrunt. Corn. à Lapide. *in dict. proem. ad Daniel. vers. 1.* Vide Torniell. *anno 3426. num. 2.* quo Danielem natum affirmat. Catalogus Prophetarum, connumeratis etiam majoribus, ita traditur à Cornel. à Lapide. *in proem. ad Prophet. vers. Porro primus, Osea, Joël, Amos, Isaias, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Jeremias, Ezechiel, Baruch, Daniel, Aggæus, Zacharias, & Malachias, qui omnes intra trecentos annos floruerunt, teste Cornel. à Lapide. ubi proximè.* Vide Bellarm. *verb. Isaias, cum seqq.*

114 Cuncti Prophetarum libri protocanonici sunt, qui de eorum autoritate apud Ecclesiam dubium nunquam exitit, sicut constat ex traditis supra, *num. 37.* docentque ibi laudati. Tamen aliquando suspectæ fidei fuere Oratio Azariæ, hymnus trium puerorum, historia Sulannæ, item Belis, quæ libro Danielis continentur. Sed jam postquam illa recepit ut canonica Ecclesia, nulli ambigere licet, quin ejusdem autoritatis sint, ac cæteræ Divinæ Scripturæ, Cornel. à Lapide. *sup. vers. Quæres tertio.* Vide Gasp. Sanch. *in proem. sup. Daniel.* Senens. *sup. d. lib. 1. vers. Daniel.* Scripsit hic Propheta à cap. 1. ad 7. inclusivè Chaldaico sermone: à cap. 8. ad fin. libri, Hebræico. Cornel. à Lapide. *sup. vers. Nota scriptus est liber*, Senens. *d. vers. Daniel.*

## Vers. Baruch liber.

115 Baruch scripsit Hebræicè calamitatem Chaldaicæ captivitatis. Senens. *dict. lib. 1. vers. Baruch*: cujus libri autoritas olim certa non fuit, quanvis illum Cyrillus Hierosolymorum Episcopus 1200. ab hinc annis inter canonica volumina recensuerit, Senens. *ubi proximè.* Sed ab Ecclesia jam est receptus, unde inter deuterocanonicas scripturas constituitur à Senens. *d. lib. 1. in princip. vers. Canonici secundi ordinis*, & ab aliis, quos dedimus supra, *num. 37.* juxta regulam traditam *num. 4.* Baruch scriba, sive amauensis fuit Jeremiæ, ex quo plures existimantur, librum Baruch ab ipso scriptum, & à Jeremia dictatum. Gasp. Sanch. *in Jerem. prolegomen. 4. num. 8.* Vide Cornel. à Lapide. *in proem. ad Prophet. vers. Duodecimus, & sup. Jerem. in prolegom. vers. Tertio Jeremias, & vers. Secundo dictavit*, Bellarm. *verb. Baruch.* Torniell. *anno 3429. num. 13. & anno 3435. num. 7.* ubi quod Baruch scripsit ultimum caput Jeremiæ.

Plures Evangelia scripsere, sed ex cunctis quatuor duntaxat Ecclesia recepit, quæ protocanonicè censentur, de quorum autoritate querere non licet. Maldonat. *sup. Evangel. in præfat. cap. 2. vers. 1. & cap. 3. in princip. Sylveir. in Evangel. proem. cap. 2. num. 4. & 5.* Evangelium Matthæi probavit D. Petrus, Marci D. Paulus, Lucæ chorus Apostolorum, Joannis omnes Asiæ Episcopi admiserunt. Cornel. à Lapide. *in proem. super Evangel. cap. 2. in princip.* Cur autem quatuor fuerint Evangelistæ, plures rationes reddi solent, & inter alias, quod toridem sunt mundi plagæ, in quibus Evangelium evulgandum erat: de quo Maldonat. *cap. 3. vers. Cur autem*, Cornel. à Lapide. *d. cap. 2. vers. Quæres cur*, Sylveir. *d. cap. 2. num. 6.* D. Marcus accepit à D. Petro, D. Lucas à D. Paulo quæ scripsit. Cornel. à Lapide. *sup. Luc. in præfat. vers. Nota tertio*, ex Tertullian. *cont. Marcion. lib. 4. cap. 5.* Licet autem Evangelia tantum autoritatis à sua origine obtinuerint, de aliquibus tamen eorum particulis aliquandiu fuit questio, de quo mox differendum.

117 Evangelistæ eo ordine quo in bibliis collocati existunt, opus suum ediderunt. D. Matthæus octavo anno ab Ascensione Domini, tertio Caligulæ scripsit Hebræicè in Judæa. D. Marcus decimo anno post ascensionem Romæ Græcè; ac deinde Latine. D. Lucas anno 15. in partibus Achaïæ, & Bœotia, Græcè. D. Joannes anno 32. Ephesi in Asia, Græcè. Quoad tempus, quo Evangelistæ scripserint, aliquis est apud Interpretes dissensus. Consule Sylveiram *sup. cap. 3. n. 7. & 8. & cap. 4. num. 13. & 14. cum seqq.* Maldonat. *sup. cap. 4. & 5.* Card. Baron. *Annal. tom. 1. anno 45.* Cornel. à Lapide. *sup. Evangel. in proem. cap. 2. vers. Jam quoad ordinem, & sup. Luc. in præfat. vers. Nota primò*, Sixt. Senens. *in Biblioth. sancta, lib. 1. tit. de Scriptor. & Scriptorib. novi Testam. vers. Matthæus, cum seqq.* D. August. *de consensu Evangel. lib. 1. cap. 2.* D. Hieronym. *in proem. sup. Math. Theat. vitæ hum. lit. E. pag. 395.* Bellarm. *de Scriptor. Eccles. verb. Matthæus*, Spondan. *in Epitom. Baron. anno 41. n. 4.* Gualter. *in Chron. sac. 1. pag. 2.*

## Vers. Hæc item litera.

Gelasianam Sacrorum voluminum seriem non primo, sed tertio Conciliorum tomo in recentiori editione contineri præmonitum est supra, *n. 109.*

## Vers. Secundum Marcum liber unus.

118 Vide de hoc Evangelista quæ nuperimè præmissimus, & quæ n. 116. ad fin. cum D. Covar. in præsentiarum adnotavimus, ubi Evangelium istud à Divo Petro approbatum asseruimus. Adde Cornel. à Lapide. *sup. Marc. in argument. à princ. & vers. Quinto Marcus*, Sylveiram *sup. Evangel. in proem. cap. 4.* Senens. *sup. vers. Marcus*, Bibliothec. Sacram. *in. Catalogus Scriptor. Ecclesiasticor. vers. Simon Petrus*, Card. Bellarm. *lib. 1. de verb. Dei, cap. 16. & de Scriptor. Eccles. verb. Marcus*, Spondan. *anno 45. num. 10. cum seqq.* ex Baron. *eod. anno, à num. 38.* Gualter. *sup. vers. S. Marcus.*